

eum ante annos complures in aliâ Urbe Imperiali habitasset, & à Medico illic ordinario primario, vinum laxat. præscriptum, à cuius primo statim haustu, periculosa uteri suffocatione est correpta, ut ab eo tempore, à vinis medicatis abstinuerit. Plerique Medici haud soliti se accommodare ad ægrorum Naturam, præsertim sexus fæminei, medicamenta præscribentes concinnata ex variâ ingredientium fragagine, odo-re & sapore Naturæ, valde adversorum, solum respicientes morbum &

ejus causam, spreta ac neglecta cu-jusque individui qualitate. Absit ullius jactantiae suspicio, bona fide asseverare licet, multoties contigisse, ut ex ordine muliebri à me præscripta remedia, absque ullo fastidio assumpferint, cum optato successu, cum ab aliorum ordinatis, precipitatæ in deteriorem statum. Id monitum eo fine saltem inserere placuit, ad circumspectius agendum & commodiorem simplicium dele-ctum instituendum.

---

### De morbis Vesicæ.

#### OBSERVAT. I.

#### De Stranguriâ & Ischuriâ.

**Q**um Dn. Popius Ulm. 70. anna. Stranguriâ & Ischuriâ torqueretur cum ingenti cruciatu, magno conatu, urinam guttatum exc. nens, quasi instar gravidæ partui vicinæ fætum excludere annitentis. Erat vesica affecta intemperie frigidâ cum redundantia humorum phlegmaticorum.

Primò clyisma apl.

2. Herb. malv. pariet. chamo. melil. aneth. a. m. f. sem. anis. fænic. carvi. an. 3ij. lini. 3ij. dec. ad conf. 3. part. In col. 3x. dif. El. lenit. 3vi. Hier. f. Gal. 3ij. bened. lax.

3iij. ol. chamo. 3iij. amygd. d. 3j. re-  
reb. dif. in modico vitel. ovi. 3iij. melil.  
anthos. 3vi. sal. parum f. cl.

Sumini apl.

3. Herb. malv. pariet. chamo. me-  
lil. aneth. a. m. i. sem. anis. fænic. carvi.  
a. 3ij. lini. 3ij. f. 2. sacc. dec. in aq. cal.  
expres. apl. pro fotu.

Post inungendum:

4. Ung. dial. 3ij. ol. Scorp. 3iij.  
chamo. aneth. lil. alb. a. 3ij. M.

Magnum præsidium erat:

Ol. still. succini rectif. gut. 6. cum  
aq. petros. cochl. 2. 3. cal. vel junc.  
Gall.

OBSER-

## OBSERVAT. II.

**U**XOR Dn. Danielis Marii, præfæcti  
ædilicij Ulm. ingenti dolore ven-  
tris inferioris, cum lotii suppressio-  
ne laborans, conjectura, à frigidâ  
vesicæ *dvcigola* cum materia pitui-  
tosa, scuturire.

Primo clyisma apl.

**R.** Herb. mal. mer. pariet. a. m. i.  
meliss. beton. a. m. f. chamo. melil.  
aneth. a. p. 2. sem. anis. fænic. carvi.

a. 3j. lini. 3ij. dec. ad med. In col. 3x.  
dis. El. diacath. 3j. diaph. bened. lax.  
a. 3ij. ol. chamo. amyg. d. a. 3iB. vit.  
i.o. sal. parum. f. cl.

Post usq; in secessu.

**R.** Herb. pariet. chamo. melil. a.  
m. 3. dec. in aq. sed tandem ol. still.  
succ. rectif. gut. 6. cum aq. petros.  
præsentaneam attulit opem.

## OBSERVAT. III.

*Casus admiratione dignus restituti à sectione calculi  
vesicæ, derelicti.*

**C**UM quidam civis Ulm. Naturæ solidantia, & urinæ acrimoniam  
melancholicæ, ob calculum vesicæ, se cura lithotomij subjecisset, &  
sectione administratâ, partim ex residuis frustis calculi fracti, partim  
ob remanentem exulcerationem, & vulnus non coalitum, immensi restar-  
rent cruciatus, & urina valde cruentata promanaret, nec lithotomus, nec  
alii tres Medici, quidpiam levaminis adferrent, tandem re velut desperata  
ad me deventum. Cum obser-  
rem ab aliis tantum anodyna & etiam  
narcotica ordinata, dolori miti-  
gando intentis, & tamen ne mini-  
mum soluti succederet, & nihil opis  
conferrent ad demulcendum dolo-  
rem, nec ad exulcerationem vesicæ  
tollendam inservirent, qua require-  
bant citra morsum exiccantia & con-

contemerantia: Idcirco habens ego  
respectu exulcerationis, a quâ inten-  
sior dolor, accidente etiam urinæ  
acrimoniâ, concitatus, singulis ho-  
ris die noctuque aliquoties eam red-  
dere coactus, cum copioso sanguine  
mixtam.

Pro potu quotidiano (interdicto  
hydromelite, quo ante usus.)

**R.** Liquir. raf. 3j. pass. min. m. i.  
Junib. sebest. a.m. f. R. chin. 3f. M.  
de quo 2. m. i. hord. m. f. dec. in  
Mens. aq.

Præ cæteris seq. decoctum quasi  
miraculosum effectum præstítit, &  
exulcerationem cum urinâ cruentâ  
fustulit.

**R.** Herb. agrim. plant. Equiseti.  
a.m. f. liquir. mundæ. 3j. dec. in aq.  
plant.

plant. & beton. a.q.ß. ad consumpt. 3. part. In col. ff.ß. dis. mell. ros. col. 3. M.

Ipsa æger singulis horis per syringam portionem in vesicam tēp. injecit. Intra 10. dies cum illius uxor urinam mihi contemplandam offerret, depræhendi claram, ne minimo amplius sanguine tinctam. Exin indubia conjectura, collum vesicæ à lithotomia lauacum, consolidatum. Deinceps remiserunt dolores, ut dormire per totam noctem, & è lecto solus surgere potuerit, cum ante ultra duos menses, lecto affixus, continuis doloribus, cum lipothyrmis crebris, discruicatus, & quoties urina reddenda, id factum magno conatu & cruciatu.

Etsi meo consilio & auxilio (ipso lithotomo admirante alias suæ artis

Cum prædictus æger quadriennio post, denuò calculo vesicæ infestatus, & per sectionem à lithotomo liberatus, sed circa collum vesicæ, ingens ardor & dolor restaret, nec vulnus diuorum mensium intervallo coalesceret, profluente materiâ putrefactâ admodum fætidâ, nec aliorum opera esset proficia, ab ipso stiam lithotomo derelictus. Tandem meam opem imploravit.

Pro potu: ʒ. R. liquir. ʒj. Chin. ʒ.ß. Jujub. sebft. a.m.ß. pass. m. i. de quo. ʒ. m. i. hord. m.ß. dec. in aq.

perito) astite Gratia divinâ, ab affectu lethali cum tanto cruciatu con juncto, ut ipse æger saepius circumstantes obtestatus, ut se interficerent, si id pro magno beneficio habiturum, liberatus; sed hospes tam ingratus, ut muncis loco nihil, praeter quartam carnis vitulina partem, oblatum, exin mihi in votis, illum suo languori conficiendum reliquissem, cum alias omni ope humana destitutus ultra duos menses, continuis doloribus excarnificatus, Multos etiam florenos pro aliorum Medicorum pharmaceis ordinatis, expendere est coactus, absque ullo emolumento, quin saepius cum detrimento, cum exin dolores multiplicati; à me autem levi impensa liberatus à tam sævo & aliis invicto malo,

#### OBSERVAT. IV.

Ad infingendam urinæ acrimoniam, Foris circa pubem ad calorem & ardorem mitig.

ʒ. Ung. Ros. Mel. ʒ.ß. anodyni. ʒij. ol. viol. mucil. sem. cydon. cum aq. plant. extr. a. ʒj. M.

Iniectione per syringam:

ʒ. Sem. cyd. fænugr. a. ʒj. mac. per h.2. in dec. hord. ff. i.ß. exprim. per linteum f. mucilago liquida, cui ad ol. amyg. d. ʒ.2. mell. ros. col. ʒj.

Vix bidui spacio post ardor & dolor remiserunt. Absterfa materia putrefacta, consolidatio facta per seq.

Z

inje-

injectionem: &c. Agrim. plant. ma-  
tos.colati. ʒij. M.  
equif. sanic. alchymill. a.m. &.dec.in  
aq. plant. & beton. a. q. &. ad con-  
sumpt.3. part.de colat. 2. lb. i. mell.  
Brevi iterum à tanto malo immi-  
nis redditus, ab aliis desertus.

## OBSERVAT. V.

*De causâ generationis calculi precipua.*

**C**um prædictus Vir prædictus fue-  
rit Natura melancholicâ, quæ  
redindat fæcibus tartareis, exin ni-  
hil miri, quod tam fæcunda ad pro-  
ductionem calculi vesicæ. Sæpius  
observavi & hisce oculis lustravi,  
materiam excretam per vias urina-  
les, crassam & albicanter, sed liqui-  
dam ac fluidam, ubi ea aliquandiu  
aëri exposita & super tabulâ mora-  
rat coaluit, & quasi congeriem co-  
piosi fabali repræsentavit. Id antea  
à me non vifum, libens inspexi &  
pergratum exitit, tam commodam  
oblatam occasionem contemplan-  
di rem rariùs contingentem: cum  
exin quorundam Medicorum repu-  
gnantes opiniones impugnari & re-  
futari queant, dum magnæ inter  
illos gliscant alterationes, utrum à  
calidâ, vel frigida intermixeretur  
calculorum generatio procedat: Ego neu-  
tri assignarem coagulationis causam  
ac culpam primariam, sed ipsi succo  
lapidescenti, quo imprægnata mate-  
ria, suopè nutu prona ad coalitum.  
Ut in Macr. cosmo fontes reperi-  
untur, succo lapidescente scaturien-  
tes, quorum aqua, in suo decursu,  
limpida appetet, sed si ex suo alveo  
promanet ac diffluat, in terræ super-  
ficie consistens, in tophaceam verti-  
tur substantiam. Notatu dignum  
judico, quod Gregorius Wernerus  
tract. de aquis Vngaricis, literis tra-  
didit, de fonticulo prope Zepusium  
emergente, cujus aqua pellucida  
effluens, protinus lapidescat, & ex  
faxe illâ materiâ incolas sua adi-  
cia construere, exin dici solitum, il-  
los habitare in domiciliis ex aquâ fa-  
ctis. Quidam haud absconum, & ipsa  
experiencia suffragium ferat, in Mi-  
crocosmo consimilem materiam  
tartaream generari, quæ in calculum  
abeat. Prout ex luculento superius  
allegato exemplo clarescit Cum  
enim Naturæ melancholicæ facu-  
lentis scateant excrementis, præfer-  
tim quibus obtigit ventriculus im-  
becillior, & qui magis voraces, in  
cibo & potu nullum delectum ob-  
servantes, proin ex indigestione ci-  
bariorum, nulla succeedat laudabilis  
xanthesis, hinc resultent multæ cruditi-  
tates, à quibus in Epate haud con-  
veniens

veniens sequitur ~~ad mātrem~~, sed succus crudus māsse sanguineæ in venis commixtus, ad Renes & Vesicam delatus, diutinam moram trahens, suo lentore adhærescens, insitâ Naturâ facile concrescit & lapidescit. An non his adjungenda, ~~id non vix est~~ seu peculiaris Naturæ, ad calculum procreandum, dispositio, à Genitoribus communicata, in ipso statim Seminio delitescens, cum complures reperti, optimi succi cibarii utentes, in quibus tamen, velut lapidina, copia calculorum pronata. Sed qualis illa sit, haud obvium, nec expeditum, exactè determinare. Ad rem magis illustrandam, ad calculi generationem plurimum conferre alicuius subiecti peculiarem dispositionem, à Naturâ insitam, testimonio sint capræ Indice, lapidem Bezoarticum, in quadam ventriculi receptaculo, producentes, quorum quinque in orientalium marsupio plerunque contineri, in occidenta-

lium autem decem rep̄eriri, referunt fide digni authores. Ergo facultas illa ~~ab eo usq; ad hunc~~ prædictis animalib; est ingenita, cum aliás de nullo alio constet animali, iisdem in locis degente, & consimili pastu utente. Quis inficiari ausit, aut refragari, quin in societate humanâ, compluribus iisdem cibariis vescentibus, aliis obtigerit naturalis ~~affectionis~~ ad copiam lapidam accumulandam, alii verò ab illo incommode sint immunes. Prout præcitatū æger, intra decennium quartā vice per sectionem à Seniore Merckio, nostrate lithotomo, à calculo vesicæ liberatus, nec tum immuni mansit, quindenuò nova recollecta materia, calculosus evaserit, haud dubiè, quintā vice se lithotomiae subjecisset, nō lithotomus ille dudum defunctus, & ita miserrimus ille Vir, omni humanâ ope destitutus, à chronicis & immensis cruciatis, viribus attritis, ex hac calamitatum valle, migrare est coactus.

## OBSERVAT. VI.

*De Dysuria gravissima à calculo vesicæ causata,  
disquisitio.*

Cum quidam Ecclesiastes Ullensis, in summo Templo, sexagenarius, corporis habitu melancholico prædictus, statura breviore & crassiore, facie livida, capillis & barba nigris, sed canitis rasperis, cum ali-

quandiu dysuriâ & strangutiâ gravissimâ, seu urinæ difficultate & ingenti cruciatu exagitatus, saepius die noctuque lotium reddendo in pauca quantitate, immenso semper cum dolore, sat diu post urinæ excretio-

Z A

nemo

nem perdurante, eam dum per canalem commirearet, acerrimam sentiens, instar aceti acutissimi, collum vesicæ lacinantem, ut corrosionis metus impendaret, ob insignem acrimoniam humorum, qualitatem vitriolatam prodentium. Urina albida cruda, saepius turbida & graveolens reddita. Prima vice accersitus, cum observarem redundantes humores corruptos acorem praefrentes, ordinavi hydromel laxat.

R. Enul. fenic. polyp. rec. an. 3ij.  
herb. beton. hyss. card. b. adianti ntr.  
a. p. i. fol. len. s. s. 3j. agar. rec. trō.  
3iij. Rhab. El. 3ii. crem. Tart. 3j. li-  
quir. 3i. dactil. Jujub. a. 3ij. gal. min.  
3ij. f. lac. pro Mens. hydromel.

Singulis matutiniis quart. h. interpolatis diebus hauisit & operacionem cum *in* *phi* *los* tulit. Corpore à spurcie humorum probè evacuato, cum dysuria non cederet, à meridié vocatus, auditâ magnâ querelâ, de magno cruciatu, in excernendo lotio, ilicò curavi adferri ol. stillat. carvi, cuius gut. 5. cum 2. cochl. jusc/ macri cal. obtuli, & confessim levamen sensit, sequenti nocte probè dormivit, bis tantum urina reddita, multo minori cum molestia, eo medio aliquoties reiterato, ab omni gravamine liber ac immunis evasit: sed vitrea sanitas visa, quin post octoduum, dysuria recrudesceret, me incio, cuiusdam fæminæ suadela, usus aquâ diureticâ, exin sat copiosa ma-

teria fabulosa, commixtis interdum granis majusculis, colore rufa, per vias urinales, citra ullum dolorem excreta, dum transiret per penem, sed tum denuo cruciatum percepit, ubi urina reddita. Urgentibus doloribus, me denuo accersiri curavit, cum animadverterem querelam, de cruciatu circa finem excretionis urinæ, tantum molestante, & labilium crassiusculum cernerem, artificiosâ fretus conjecturâ, palam asserui, id mali aliunde provenire non posse, quam à calculo vesicæ, ejus collum, si commotus, vellicante ac lacinante, cum & ipse Hippocr. l. 4. aph. 79. astruat, quibus fabulosa in urina subsidunt, calculo vesicæ laborare. Etsi aphorismus ille non semper congruat cum Experiencia, cum & arenosa in urina sint conspicua saepius, absque ullius calculi in Renibus & Vesicâ, præsentia. Sed me imprimis impulit & indubium argumentum subministravit, in illius ægri vesicâ, calculum residere, dum dysuria & stranguria, quoties lotium reddendum, multo intenſior & acerbior, & quidem in fine excretionis urinæ dolore magis urgente & aliquandiu perseverante, id indicio, eam molestiam à calculo restante, collum vesicæ stimulante, provenire. Cum alias, si merè arenosa, in urinâ hæreant, & aliquam molestiam pariant, ab ejectione, symptoma mitescant & evanescant, in illo autem

autem subiecto exasperata, luculentio fuere testimonio, à residuo calcu-  
lo, suā aspredine percellente, tantum concitatum tormentum. Sed hac inēa gentiūnā & Rationis fulcris in-  
inxā crisi, spretā ac neglectā, experiri contigit quosdam refractarios, me-  
tum adesse fabulum putantes. Qui-  
dam lithotomus jaētitabat, si calcu-  
lus in vēsicā resideret & vel pisi ma-  
gnitudinem vix excederet, sē cathē-  
tere immisso, illum deprehensurum.  
Sed ille seipsum & alios duos Me-  
dicos sefellit. Cum enim semestris  
spacio post, quidam Juvenis Patri-  
cius chronicō dolore vēsicā infesta-  
tus, sē illi explorandum commis-  
ser, negavit calculi præsentiam. Exin  
conilio Medicorum, qui illi à vēri-  
tatis orbitā multum deflectenti, fi-  
dem accommodantes, rati, dolorem  
illum à frigidā vēsicā dyscrasiam &  
materiā phlegmaticā concitari, in  
thermas ferinas fuit ablegatus, sed  
spe inani. Etēnī aēger ille, post ali-  
quot dierū moram, convulsionib-  
us Epilepticis est correptus & à  
morte abreptus, eo defuncto & ca-  
davere resevato, in vēsicā grandior  
calculis oblongis (cum ipse videt)  
zij. pendens fuit repertus. Exin re-  
lucet, quam incerta sit calculi vēsi-  
cæ probatio, cum & præstantissimi  
lithotomi non raro decepti, haud  
abs re vel unicum singularēm & no-  
tabilem casum inserere, cuius men-  
tionem facit Marcellus Donatus d.

Histor. mirab. de Præfecto Ducis Mantuani, quem Medici omnium sig- . um cc. cursu, calculo vēsicæ laborare, sint arbitrati, ut de majori constaret certitudine, aliquot peri-  
tissimi Chirurgi sunt convocati, qui Syringā argenteā impositā, se nul-  
lum lapidem sentire, constanter una-  
nimi consensu, affirmarunt. Cum autem omnia præsidia medica fru-  
stranea, Patiens ille Patavium se con-  
sultit, famā Gabrielis Fallopii excel-  
lentiss. Medico-chirurgi concitatus,  
eā spe conceptā fore, ut restituatur  
in integrum. Fallopius omnia signa  
calculum attestantia conspicatus,  
eum in vēsicā residere afferuit, sed  
catheterē immissio, se calculus non  
sentire, sāp̄is est admiratus. Quare  
aēger ille omni spe destitutus, Man-  
tuā reversus, ab immensis doloribus  
confectus tandem ē vitā decessit:  
cadavere resecto, insignis calculus  
in vēsicā repertus, sed undique co-  
pioso ac viscoso phlegmate, velut  
pelle involitus, integumentum il-  
lud erat obstaculo, quod nimis ex  
Syringā contractu, lapidis ictus de-  
præhensus. Hæc proferre in medi-  
um placuisse, pro cautelā, ad circum-  
spectiū agendum. Cum ad nostra-  
tem aēgrum curandum alterius insu-  
per Medici opera requisita, & hujus  
opinio, in Algorā & Beccā, a mea  
sententia dissentanea, dum ego pro-  
posui medicamenta in nostris offi-  
cinis prostantia & ab antiquioribus

Medicis præstantis, per multa lustra, maximo cum fructu & enconio, usurpata, illo autem reniente & laudibus quasi ad astra evehente, aquam diureticam, in quodam nostre cœnobio, destillari solitam, cum Natura mea à contentionibus aliena, vehementer repugnare, inconsultum duxi, cum & ægri, & quadrundam fœminarum animum eō inclinare adverterem, libens cessi, & ad præcavenda majora inconvenientia, ægrum non amplius visitans, illi soli curam reliqui, tacita mente præsumens, illam jactantiam fore irritam. Etsi mihi haud ignotū, aquā illam monachalē, in fabulosā materiā & exiguis lapillis propulsandis, sat proficiam, at in calculo vesicæ abigendo, præsertim si major, infirmam, imò noxiā æstimo. Cum pleriq; practici, diuretica in primis fortiora, in calculo vesicæ ceu pernicioſa, diffuadent, cō magis, si corpus impurum, dum loco vehiculi inserviunt, & excrementa, per vias urinales deducunt ad Renes & vesicam, fomentum & augmentum calculo subministrantia. Idem Gal. lib. 5, de med. simpl. facult. 13, astruit, instituta comparatione cum iis, quæ lac coagulare solita, separando serosas partes, reliquum indurant: Haud seclusa valida diuretica, excrementa attenuando, subtiliores eorum partes per vias urinales amandant, crassiores autem inspissant & coagulandi

occasionem præbent, præsertim in Naturis melancholicis, quali æger ille præditus, quæ facibus tartareis scatent.

Accedit, quod diuretica lithontriptica ad vesicam pertingentia, ab ilteris materia molliore, ceu fabulosa, eam cum lotio exterminant, calculum autem residuum asperum & angulosum reddunt, majorem dolorem concitantia, liber id luculentio comprobare exemplo. Quidam Juvenis Ulm. calculum habens in vesicā, sat diu eum tolerans citra notabilem dolorem: cum autem cūjusdam Medicī consilio, ut cæpisset aquā illā monachali, eam aliquantiū continuando, indies intenſior dolor illum torſit, ut tandem lithotomiæ se subiçere sit coactus, astite etiam illo Medico. Cum calculus à lithotomō exemptus asper & inæqualis in circumferentiâ appa- ruit, in medio autem perforatus. Ex in lithotomus ad Medicum præſentem conversus, graviter objurgavit, & culpam imputavit, quod miser ille ad sectionem admittendam compulſus, cum alias si ab aquā illā abstinuſſer, per complures annos, tolerabili dolore, vitam transigere, ob calculi lærorem, licuifſer. Cum haud levis alteratio inter Medicos, utrum calculus vesicæ, per lithontriptica qualiacunque sit curabilis. Etsi prostant quædam exempla reſtitutorum, ramen Fabricius Hilda-

nus.

nus celebratis. ille Chirurgus , pro-  
pendens in partem neganteim , alle-  
verare non dubitat , se neminem  
unquam vidisse , per interna medi-  
camenta sanatum , quin tandem , ur-  
gente necessitate , lithotomiae se  
commiserit. Etsi in Juvenibus inter-  
dum medela per lithontriptica suc-  
cedat , si calculus friabilis , non com-  
pactus ac solidus , at in corpore seni-  
li , omnino adorator ille censet , haud  
desunt rationes suffragantes. Ipse  
Hippocr. lib. 6. aph. 26. palam asse-  
xit : Renum & vesicæ vitia seu do-  
lores ( ut calculus & ulceræ ) vix cu-  
rantur in Senioribus. Ratio est in  
promptu , ob defectum caloris nati-  
vi , qui alias omnium operationum  
naturalium ~~curat~~ præcipius , &  
morborum domitor , quo languente ,  
etiam virtus expulsiva , in dimovend-  
â materia morbidicâ , torpida , & di-  
gestiva ad concoctionem promo-  
vendam , infirma , exin etiam viarum  
seu vasorum anæstasia prohibet tran-  
sistum excre . Itiis superfluitati-  
bus. Rem ita se habere , æger ille il-  
lustri sit documento. Etsi enim ha-  
stenus per complures menses , va-  
ria medicamentorum contra calcu-  
lam farragine exagitatus , & inter-  
dum spes affulgeret melioris status ,  
dum quotidie labulosa materia cum  
urina excreta , agro id soluti sugge-

stum , calculum sensim ac pedeten-  
tim , diminutum ac resolutum iri , sed  
spe inani.

Ast quid causæ , cum ultra annum ,  
arenosa materia in copia rejecta à  
calculo per diuretica abrasa , ut con-  
jectura rationi consona , ipsum suc-  
cessu temporis , cessurum. Succur-  
runt rationes probabiles , quò minus  
id fieri queat , indigitantes. Etsi à  
calculo pars mollior ac friabilior ab-  
sterfa processerit , relicta autem soli-  
dior & asperior reddit , acerborem  
dolorem concitat. Accedit , cum  
æger annum ætatis sexagesimum ex-  
cesserit , ob defecatum caloris , perin-  
digestionem , alia materia cruda , de  
novo , accumulata , calculo priori ad-  
glutinata , coadjuvante pravâ vesicæ  
ad calculum generandum , disposi-  
tione , coalescat , & ita processus qua-  
si in infinitum esset instituendus re-  
merè. Cum autem omnibus mediis  
frustraneis , sesquianno spacio post ,  
æger ille defunctus , ejus cadavere  
aperto , ipsa ~~æterna~~ demonstravit &  
in apricum protulit , geminos calcu-  
los asperos , quorum grandior ovi  
gallinacei magnitudinem & for-  
mam uncias tres senis , pendens , mi-  
nor drachmas sex , repræsentavit , &  
ita tandem veritas , quæ temporis fi-  
lia , viætrix evaſit.

De